

nis antecedentis ad liberum usum suae libertatis in esse exercitio, posset ille adhuc sperare, & peccatorum veniam, & aeternam beatitudinem, ac etiam sperare teneretur, quia Deus ex vi suae revelationis talem non abolveret a praecipio sperandi veniam peccatorum, & vitam aeternam. Addit etiam posse quemlibet efficaciter reprobis sperare salutem in sensu diviso ut prius conveueratur, & causam suae reprobationis, scilicet finale peccatum revocaret, imò ad id ex praecipio charitatis teneri, etiam si nobis certo constet eorum reprobatione; licet non in sensu composito reprobationis, quo pacto sit August. esse locutum loc. cit. sicut enim reprobus, quamdiu est in via, potest vere salvari, ac omne peccatum vitare per auxilium divinae gratiae usque ad ultimum vitae terminum semper exhibitum, & unquam a Deo denegatum esse voluente, quia vult omnes salvos fieri, ita potest quisque pro illius salute orare, & illi beatitudinem sperare, non obstantem revelatione suae reprobationis.

405 Haec responsio mihi sufficiens videtur ad salvandum fundamentum communioris sententiae iam propositum, nisi melius explicetur sensus, in quo intelligenda sit proposita conclusio, pro quo advertendum est cum Beccano c. 17. qu. 10. revelationem reprobationis posse tribus modis concipi, primo, ut alicui reprobationem esse ex sola Dei voluntate nullo habitu respectu malorum operum, quomodo nec fit, nec forte fieri potest divina reprobatio, quia licet non repugnet ex parte omnipotentis Dei, videtur tamen repugnare ex parte infinitae ipsius bonitatis. Secundo, ut alicui reprobetur reprobationem esse propter peccata praeterita, quae Deus nec remittit, nec remittere statuit, & hoc modo fieri potest reprobatio, ac eius revolutio. Tertio tandem, ut alicui reprobetur, reprobationem esse propter peccata futura, quae liberè facturus est. Conclusio itaque nostra intelligi debet, si fieret reprobatio reprobationis secundo modo; tunc enim certum est, talem hominem, cui facta est revolutio, non posse sperare beatitudinem, nec media ad illam consequendam, nec peccatorum remissionem; posse tamen sperare auxilia gratiae ad cavendam novam peccata; Si vero revolutio reprobationis fieret tertio modo, tunc utique talis homo, tali revelatione non obstante, posset adhuc sperare beatitudinem, & media ad illam necessaria, quia teneretur vitare peccata futura, quantum in se esset: ergo posset petere, & sperare media ad non peccandum, & consequenter posset etiam sperare se non damnandum, quia non damnaretur, nisi peccaret, quod utique a sua libertate dependet.

403 Itaque allata responsio procedit iuxta hunc tertium, & bene demonstrat, quod si hoc tertio modo fieret alicui revolutio de sua damnatione, adhuc ex necessitate praecipii remaneret obligatus ad sperandum peccatorum veniam, & vitam aeternam, & ratio est, quia ex dictis lib. 1. disp. 5. de praedict. & reprob. nemo a Deo positive reprobatur, nisi ex propria culpa finali praevisa, omnis autem culpa sive praesens, sive futura finalis, vel non finalis est in libera potestate peccantis, cum nullus peccet, nisi voluntarie; cum ergo talis revolutio non oriatur ex suppositione antecedenti ad liberum usum suae libertatis, non ei libertatem auferret, sicut nec auferret decretum concomitans reprobationis eius, nec praesentia in eo fundata de illius finalis impenitentia, ac prout neque Deus ex vi talis revolutiois illum abolveret a praecipio sperandi peccatorum veniam, ac vitam aeternam. Hoc autem dici non potest casu, quo revolutio fieret secundo modo, scilicet, hunc hominem esse reprobatum propter peccata praeterita, quae Deus nec remittit, nec remittere statuit, eo enim ipso, quod iuxta praeterita, non amplius sunt in potestate nostra, & supposito quod Deus reveleat, vel illum relinquere sine omni misericordia, iam neque in eius potestate esset illa praeterita revocare, vel retrahere peccata per penitentiam, unde nec posset sperare beatitudinem, nec gratiae auxilia ad impetrandam peccatorum iam commissorum veniam, sed tantum ad cavendam novam peccata; Ex quo etiam sequitur, conclusionem positam debere intelligi de revelatione damnationis facta peccatori, non autem iusto in statu gratiae, huic enim revolutio suae damnationis fieri non posset, nisi tertio modo, nempe propter peccata futura, quae liberè facturus est, damnatum esse, non autem propter praeterita, quae supponuntur iam venis, cum fit in statu gratiae, & sane minor nullum praeter Beccanum ex recentioribus hoc punctum in praesenti advertisse, quod est maxime ponderandum.

404 Dices, si Deus revelaret alicui suam damnationem propter peccata futura, non amplius ille posset efficaciter tendere in obiectum per iudicium rationis sibi simpliciter propositum, ut non futurum ex certa revelatione divina, atque ideo neque sperare beatitudinem; ergo fundamentum conclusionis adductum universitatis concludit sive revolutio damnationis fieret propter peccata praeterita, sive propter futura. Respondeo negando assumptum, quia talis revolutio non poneret illum in

termino, nec physicè determinaret voluntatem eius ad finale peccatum, quod est certa causa suae damnationis; nec ex vi talis revelationis denegaretur ei sufficiens auxilium ad praevendum finale peccatum, sed ad retrahendum finaliter illud, tanquam causam suae future damnationis, quare adhuc inquireretur ei locus ad sperandum, & solum tolleret, si revolutio damnationis fieret ob peccata praeterita, quae Deus remittere nollit, unde piè credendum est, quod si alicui Deus suam revolutio damnationem ob peccata futura ad se liberè comitanda, talis revolutio foret cominatoria, non absoluta, ac determinata, & ut talem recipere deberet, ac prout obiectum spei, scilicet, beatitudo non proponeretur ei, si simpliciter non futurum, quia revolutio divina in eo casu reprobationem non poneret in termino, nec physicè determinaret ad finale impenitentiam, ex vi suppositionis antecedentis; ut dictum est, atque ideo fundamentum conclusionis adductum non probat, nisi in casu revolutiois factae propter peccata praeterita, ut explicatum est.

405 Confirmatur, quia si Deus revelaret Paulo, quod esset occisurus Petrum; Paulus adhuc teneretur non occidere non obstante tali revelatione, ergo pariter si Deus revelaret Paulo suam damnationem ob finale peccatum in articulo mortis, adhuc sperare teneretur, & ab hoc finali peccato praevicare, quod est certa suae damnationis causa. Nec valet Receptorum responsio negantium pariterem revelationem damnationis, & homicidii futuri, quia per hanc revelationem homicidii non tollitur libertas non occidendi, sicut neque per praedictam; ac si hanc revolutio de damnatione, iam homo non maneret liber ad sperandum, siquidem in illo non manet obiectum spei, neque iudicium, quo iudicet beatitudinem esse sibi possibilem, quae quidem necessaria sunt ad spem habendam. Non valet, inquam, quia Deus revelaret Paulo finale suam impenitentiam, ac damnationem, in quantum ipse propria voluntate fuerit impenitens, nec aliter, nec alio modo; ergo quòd maneret liber ad non committendum illud finale peccatum, quod est causa suae damnationis, sicut maneret liber ad non occidendum facta revolutio homicidii futuri.

406 Dicendum secundo, quod licet is, cui facta esset revolutio suae damnationis tertio modo iam explicato, licetè despicere non posset; tamen facta esset secundo modo, licetè posset despicere, non tantum ut desperatio dicitur noluminem beatitudinis, sed etiam de divina misericordia. Conclusio patet ex modo dictis, & quidem quoad primam partem probatur, quia quamdiu potest quis beatitudinem sperare, non licet desperare, ac cui facta est revolutio de sua damnatione propter peccata futura potest sperare, ut constat ex proximè dictis; ergo desperare non licet. Quoad secundam partem etiam probatur, quia qui nullo modo obligatur ad aliquid actum elicendum, potest licetè vellet eum non elicere; sed is, cui facta est revolutio de sua damnatione ob peccata praeterita, quae Deus ei non vult remittere, nullo modo obligatur ad sperandum beatitudinem; ergo potest positive eam nolle sperare, quod est desperare. Maior patet ex proximè dictis in explicatione praecedentis asserti.

Denique quod posset etiam in tali casu desperare de Dei misericordia probatur, quia si Deus ipsi revelasset, quod absolute vellent illum punire propter peccata praeterita, illum quae desereret sine omni misericordia, certo deberet credere, nullam misericordiam se a Deo consecuturum; ergo de illa consequenter desperare posset, ut bene Baccanus loc. cit. Dices, desperatio nem de divina misericordia esse intrinsecè malam; ergo in nullo casu de ea desperare licetè.

Respondeo assumptum esse verum, supposito quod re ipsa factum est, Deum promississe, quod nunquam alicui vellet suam denegare misericordiam in hac vita, iuxta illud Ezech. in quatuordecim horis gemerit peccator & car. sublata hac suppositione, ut esset in casu nostro, non esset intrinsecè mala, si nempe Deus revelaret se in postquam peccatori misericordiam non prestiturum. Confirmatur, quia in desperatione tali nulla esset ratio per se mali, & secundum prudentem estimationem tam bene posset, ac deberet desperare de sua salute quam desperare deberet de sanitate corporalis, quando Deus absolute illi revelaret, quod eam non consequeretur.

407 Hinc facile deducitur solutio alterius quaestiois huic affinis, an, scilicet, quis licetè oraret pro eo, quem divinitus novit reprobum esse. Quamvis enim Vulpes disp. 55. art. 5. absolute respondeat non solum licetè, ac fructuose aliquem posse pro reprobo divinitus sibi revelato orare, ut conveueratur, sed etiam ex praecipio charitatis ad id teneri. Melius tamen respondetur, iuxta allatam distinctionem, quod si quis novit reprobum damnandum propter peccata futura, quae liberè facturus est, poterit utique licetè, & fructuose pro eo orare, quia talis revolutio de futura eius damnatione non procederet ex absoluto decreto antecedente divinae voluntatis, sed libera eius voluntate, suapte natura mutabili a malo ad bonum

se revelatio de sua damnatione tertio modo, & tunc propter peccata futura, ut constat ex dictis a. 505. non autem cui facta esset secundo modo.

QUAESTIO VIGESIMA.

De Charitate.

Quid sit Charitas, & quodnam ejus obiectum, tam naturaliter quam formale.

Magister sent. hic, & 1. dist. 17. opinatus est charitatem esse aliquid creatum, & proximum propter Deum non esse aliquid creatum, sed ipsum Spiritum Sanctum inclinatum, & motum hominis voluntatem ad diligendum finem aliquo habitu infuso; Hoc autem dicitur per motum quibusdam scripturae locis, quibus Spiritus Sanctus dicitur esse charitas ut Io. 1. 14. Deus charitas est, qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo; hinc negativè charitatem supernaturalem habitum inclinatum ad amandum Deum dupè omnia.

Hic itaque supponendum est cum communi Theologorum sententia dari charitatem super naturalem habitum, & necessarium esse ad diligendum Deum; & proximum supernaturaliter, quod in nobis quidem habitu supernaturali facultati voluntatis superadditur; itaque Spiritus Sanctus non immoderate per se ipsum, sed interveniente habitu infuso movet voluntatem ad diligendum Deum, & proximum. Rebus modis habitus dicitur charitas. Quod proximum probatur evidentè ex scriptura, quae non solum distinguit inter Spiritum Sanctum, & charitatem; ut inter causam, & effectum, sed donationem, & donum, ut ad Romanos: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis; ubi dicitur Charitas Dei est sermo, non quia Deus non diligit, sed quia Deum diligimus, ut exponit D. Augustinus lib. de Spiritu & littera c. 3. Et 1. ad Corin. 13. Nunc nemo scit hanc, Fides, Spes, & Charitas, maior autem horum est charitas. Charitas non nolumus excludi. Quibus, & similibus scripturae locis per motum Concilii Tridentinae sess. 6. c. 7. faveat, in ipsa justificatione cum remissione peccatorum simul infusa accipere hominem fidem, Spem, & Charitatem, quae inhaeret in cordibus eorum, qui iustificantur; Et rursus can. 12. docet homines non iustificari per solum peccatorum remissionem exclusa gratia, & charitate, quae in cordibus illorum diffunditur, & inhaeret, quod, & antea approbatum fuerat in Concil. Arausico Can. 25. & in Concil. Viennensi, ut refertur in Clem. aucto. De Summa Trin. & fide Catholica.

408 Et planè non esset major ratio, cur dari deberet Fides, & Spes habituales, quam Charitas, nam aequè posset Spiritus Sanctus immediate concurrere ad actus fidei, & Spei, ac ad actus Charitatis; Neque urget locus Io. pro Magistro allatus, quia scilicet, licet Deus sit sapientia, & bonitas datur tamen patientia, & bonitates creatae; ita licet sit charitas, & hoc minime obstat, quin etiam deus charitas creatae habitus, Quare sensus illius loci est, quod Deus sit charitas, hoc est, illa infinita perfectio, quae seipsum amat, & nos; ita quod qui manet in charitate habituali cum conservando, maneat in Deo, hoc est in amicitia Dei, & Deus in ipso maneat, hoc est, redamando ipsum, tanquam amicum.

Verùm Scotus 1. disp. 17. q. 2. benignè interpretatur Magistri sententiam ita quod sentit, intellectui hominis infundi habitum quemdam ad credendum, qui dicitur fides, & voluntati alium ad sperandum, qui dicitur Spes; voluntati verò non ulterius habitum infundi ad diligendum distinctum ab eo, per quem Spiritus sanctus habitat in anima, qui est habitus supernaturalis hominem redentis Deo gratum, qui dicitur gratia habitualis, ad eam quod Magister iuxta Scoti interpretationem intendit, quod Spiritus Sanctus movet ad actiones fidei, & Spei intervenit specialiter habitum, ad diligendum verò non per speciale habitum movet, sed per illum, per quem Spiritus Sanctus habitat in homine, qui est gratia, quo sensu interpretata Magistri sententia tuta est, ac secuta, & cum opinione Scoti coincidet, quam docet 2. disp. 27. scilicet, gratiam habitum non esse habitum realiter ad charitatem distinctum, sed tantum ratione, ita omnium, quod quatenus nos Deo facit gratias, dicitur gratia, quatenus verò nos inclinatur, & pronos facit ad Deum diligendum, charitas appellatur, ut late explicatur est lib. 2. disp. 7. de iustificatione. q. 6.

Charitas itaque habitualis in hoc sensu praedeclarato accepta describitur communiter, quod sit virtus theologica supernaturalis in substantia, quae diligimus Deum propter seipsum dicitur virtus theologica, quod habet locum generis, in quo convenit cum aliis duabus virtutibus theologis, & distinguitur a virtutibus moralibus, tam acquisitis, quam per se infusis, si dixerit,

per auxilium divinae gratiae regulariter victoribus non denegatum; ac prout de pro tali reprobo orare temerarium non esset. Si vero novit talem hominem esse damnandum propter peccata praeterita, quae Deus nec remittit, nec remittere statuit; tunc ob rationes allatas temerarium esset pro eo orare, vel illi sperare beatitudinem; sed ad summum illi sperare posset auxilia gratiae ad cavendam novam peccata; Et in hoc sensu ait Augustinus 1. de Civit. Dei cap. 24. si Ecclesia certum in malis fuerit, qui sunt reprobi, & damnandi, non plus pro illis oraret, quam pro Diabolo; ac in eodem sensu dicit Scotus 3. disp. 28. dilectionem proximi ex charitate ad eos duraxat extendi, quorum dilectio Deo placet, in casu autem postro ei non placeret dilectio talis quem esse damnandum revelaret ob eius peccata praeterita, quae nec remittit, nec remittere statuit. Et vana profus est evasio Vulpes dicens, haec, & similia Partum testimonia intelligenda esse de reprobis in sensu diviso, nam in hoc sensu omnes id concedunt, & nulla est penitus difficultas, sed sola difficultas est in sensu composito; hoc est, supposito revelatione divina de certa tali hominis damnatione, an & in ea stante posset hic homo sperare salutem, & alter pro eo orare.

409 In Oppositum obicitur Primo, quod stante, adhuc tali revelatione non negaretur illi reprobo auxilia ad salutem sufficientia, atque ita salus adhuc ei remaneret possibilis; ergo adhuc eam sperare teneretur. Confirmatur, quia talis non liberatur ab observatione allatorum praecipiorum; ergo nec liberatur ab observatione praecipii Spei. Denique, Deus ex vi talis revelationis auxilium sufficientem non subtraheret necessarium ad sperandum peccatorum veniam, ac vitandam aeternam damnationem, nec per talem revelationem fieret extra statum vitae; ergo adhuc posset, ac teneretur sperare.

Respondeo negando assumptum, quod si revolutio damnationis fieret tertio modo iam explicato, neque propter peccata futura, quae talis homo liberè facturus est, utique non negaretur illi auxilia ad salutem sufficientia, & sic adhuc sperare teneretur; at si fieret secundo modo, quo sensu procedit nostra conclusio, nimirum propter peccata iam praeterita, quae Deus nec remittit, nec remittere statuit, in hoc sensu negatur assumptum, quia in tali casu supponimus Deum revelasse se in postquam misericordiam non prestiturum, unde non remaneret ei locus in tali casu sperandi media, & auxilia ad impetrandam peccatorum veniam, & beatitudinem consequendam; sed tantum posset sperare auxilia ad cavendam novam peccata. Ad Confirmationem negatur consequentia, per revelationem enim secundo modo factam, quae praecipua non redderetur reprobo observari impossibilis, scilicet, ut eum est de praecipio affirmativo Spei, quod si sermo sit de revelatione damnationis eius tertio modo facta totum concedo argumentum, in hoc enim sensu conclusio nostra non procedit. Ad 3. patet eadem, si enim revolutio facta secundo modo, negatur assumptum, quia in tali casu Deus eum desereret, nec ulterius misericordiam suam praereteret, ut a peccatis resurgere, unde etiam dicitur eum est, quod in eo casu hominile, ut ait Coninchius, desideret ex parte esse victor, quia non posset amplius ad finem suum contendere; Si vero sermo fiat de revolutio tertio modo facta, concedo totum argumentum, nec aliud probant argumenta Vulpis loc. cit.

409 Deinde arguitur, quod licet in hoc casu a nobis posito sperare non teneretur beatitudinem, neque tamen licetè eam desperare, eo quod hoc fit intrinsecè malam; quia desperatio derogat misericordiae divinae, quae hic, & nunc non posset, aut nolle hominem salvare. Confirmatur quia non possumus licetè nolle beatitudinem; atque hoc semper fit per desperationem; ergo haec in nullo casu est licitè; Tandem, quia cui revolutio esset ipsum commissurum certum aliquod peccatum, teneretur laborare quantum posset, ad hoc evitandum, nec posset de hoc desperare, ergo nec alter in nostro casu posset desperare de sua beatitudine.

Respondeo negando assumptum, quia sine ullo suo bonitatis, & misericordiae defectu posset Deus alicui homini adhuc veni ob gratia ipsius peccata nolle dare sufficientia auxilia; ut a peccatis resurgat, & licetè revelare, prout de facto contingit in damnatis, quo casu talis sine ulla divinae misericordiae iniuria, vel derogatione iudicaret salutem esse sibi licet, & nunc impossibilem, & ut talem eam desperaret. Ad Confirmationem negatur assumptum, quia vis enim nequeat quis nolle beatitudinem eam contentendo, quia beatitudo nostra consistit in possessione, ac fruitione ipsius Dei, ac adeo qui ipsam contemnit, & averfatur, impli eam contemnit, & averfatur ipsum Deo, quod nunquam licet; quavis, inquam, nequeat quis in hoc sensu beatitudinem nolle, potest tamen eam nolle, ut in penam peccatorum sibi a Deo sublatam, unde non solum licetè, sed etiam virtuosè potest positivo actu eam nolle, quatenus in penam suorum peccatorum iuste a Deo illa privatur. Ad ultimum conceditè tantum desperare non posse, nec debere, cui facta est

cur, de quibus disp. seq. Dicitur supernaturalis in substantia, ut distinguatur a Virtutibus Theologicis acquisitis, quales vocari solent Fides, Spes, & Charitas naturalis in substantia Deum respiciens; Dicitur, quia diligitur Deus, ut distinguatur a fide per quam ei creditur ob eius omnimodam veritatem; Dicitur denique propter seipsum, ut distinguatur a Spe, qua diligitur Deus, ut bonum nostrum est, amore concupiscentie, ut declarat Doctor 3. disp. 26. qu. un. infra G.

514 Circa assignandum obiectum materiale huius virtutis non potest esse, nisi difficultas de nomine, supposita namque distinctione obiecti materialis, & formalis alicujus habitus, quam dedimus qu. 1. huius 6. disp. qu. 1. n. 4. & rursus alia distinctione de dupl. ci obiecto materiali: alicujus virtutis principali, nimirum in ordine ad quod omnia a tali virtute intenduntur, & minus principali, quod semper intenditur propter ipsum principalem, ut dicitur qu. 17. huius disp. n. 444. His, inquam, distinctionibus suppositis communis est sententia ad obiectum materiale Charitatis spectare quicquid amari potest propter Deum, hoc est, quicquid placet Deo, ut amemus, nam universaliter loquendo materia habitus dici potest omne id, in quo versatur habitus sub ratione sua formali; Et in proposito materia charitatis est quicquid ex eius motivo potest amari: ac ex motivo charitatis omne tale dicitur potest, quod Deo placet, ut amemus; ergo omne tale erit obiectum saltem minus principale charitatis. Obiectum verò principale Charitatis, ac etiam adaequatum, & attributionis, ad quod omnia, que sub habitu continentur, alio modo modo reducuntur, & explicatur est qu. 1. huius disp. nu. 10. est Deus ipse, nam res illa dici solet adaequatum habitus obiectum, propter quam primò, & per se est habitus, & ad quam referuntur omnia, circa que versatur habitus, hæc verò ad nullum illorum actus charitatis potest habere actum amoris circa Deum sine eo, quod habet actum amoris circa aliquid aliud; non potest verò habere actum amoris circa aliquid obiectum aliud, quin habeat actum erga Deum; siquidem alia obiecta amari nequeunt ex charitate, nisi propter Deum, aut ex eo, quod placet ipsi, quod amatur; Cum ergo omnia alia obiecta, ut per charitatem ambalibus reducatur ad Deum, Deus autem ad nullum istorum reducitur, ipse planè, statuendus erit obiectum primarium, & adaequatum charitatis.

515 At contra hunc communem loquendi modum infert Arriaga disp. 3. 1. sect. 2. quod sic loquendo confundatur obiectum formale cum materiali, nam dum loquuntur de obiecto materiali, supponitur tibi dubio dari aliud formale, materiale namque ad formale dicitur ordinem; minus ergo bene Deus vocatur obiectum materiale Charitatis, quia Deus cum sit obiectum principale, & præcipuum charitatis, jam erit obiectum formale, non materiale; nisi forte in ipso Deo querant ulterius rationem sub qua eum amandi, & illam solum vocant obiectum formale, Deum verò materiale; In hoc tamen modo loquendi, inquit, est abusus nominis, nam communiter ipsum obiectum formale solet ab Auctore dividi in formale Quod, & quos: materiale enim ferè semper in ordine ad voluntatem distinguitur realiter a formali, habereque se per modum medi in ordine ad formale, ut medicina ad sanationem; Deus autem non distinguitur realiter ab ea ratione motiva, quam solum hi vocant obiectum formale, nos autem cum addito dicitur rationem formalem sub qua; Neque Deus cum addito dicitur obiectum materiale respectu sui, cum non ametur propter aliud a se proprie distinctum.

516 Ceterum, ut dicebam, hæc est pura de nomine questio, ac de modo loquendi, nam solum rationem sub qua nos appellamus obiectum formale, formale enim obiectum censetur illud, quod est motivum, & specificativum ipsius actus, sive determinativum potentie, & habitus ad agendum circa materiale obiectum. Et quod Arriaga vocat formale Quod, nos appellamus obiectum materiale, & atque tale appellari potest saltem per comparationem ad rationem sub qua Neque verum est universaliter loquendo, ut, & ipse factetur, quod materiale obiectum in ordine ad voluntatem distinguitur a formali realiter; quamvis enim ad voluntatem res ista se habeat; ut liquet in exemplo ab arguente adducto, quia motivum, ob quod voluntas appetit medicinam, est sanitas, quæ medicæ extrinsecas; aliquid tamen oppositum contingit, quod scilicet sic est ipsa intrinsecas connexio prædicari cum habet, quæ ipsam movet ad assensum conclusionis; & in proposito bonitas intrinsecas Dei est motivum, quod voluntati propositum movet eam ad dilectionem ipsius; potest ergo communis dicendi modus absque scrupulo teneri, & parum refert, quod hoc, vel illo modo loquamur, dummodo de re contineat.

ARTICULUS PRIMUS.

Sub qua ratione formalis Deus sit obiectum Charitatis.

MAjor est difficultas in assignando formali obiecto huius virtutis, & ut inæta, & dubia à ceteris feceramus; constat in primis Deum sub ratione boni esse obiectum charitatis, quia charitas ad voluntatem spectat, & est amor; Deinde constat Deum sub ratione summi boni propter se amabilis esse obiectum charitatis ita Doctor cit. 3. disp. 26. qu. un. sub G. quia in hoc differt charitas, & ab omni alia dilectione boni creati, & à dilectione ipsius Dei, quæ est concupiscentiæ, vel Spei, hæc siquidem diligit Deum, ut summum bonum diligentiis, charitas verò amat Deum propter se, quoniam verò totum hoc obiectum hæctenus assignatum commune est charitati infusæ, & amoris naturali Dei, cum hi amores sint inter se specie distincti, oportet assignare distincta obiecta formalia; Hinc Thomistæ passim dicunt cum D. Thoma par. 2. 1. 109. art. 3. ad 1. formale obiectum Charitatis esse Deum, quatenus in se bonum bonitate pertinet ad ordinem supernaturalium rerum, vel bonitate, quia Deus est principium bonorum supernaturalium; Et quod ad contrarium integrè obiectum formale huius virtutis infusæ, & supernaturalis addendum sit ille respectus, quo de divina bonitate pertinet ad ordinem supernaturalium rerum ex eo deducunt, quia nisi divina bonitas consideretur secundum illum altiore gradum, quo pertinet ad ordinem rerum supernaturalium, sicut principium, & finis illarum, sed solum consideretur, ut Deus est auctor naturæ, esse potest obiectum dilectionis naturalis in substantia; ergo ut constituitur integrum obiectum formale huius virtutis, asserendum esse dicunt divinam bonitatem quatenus pertinet ad ordinem supernaturalium rerum, sed Deum quatenus est bonum nostrum beatificum supernaturaliter; ita Suarez, Amicus, Caspensis; & alii Recentiores.

518 Alii verò negant, Deum esse duntaxat obiectum formale, quatenus est Auctor rerum supernaturalium, & obiectum beatificum nostrum, sed dicunt obiectum formale charitatis esse bonitatem Dei, quia in se infusè bonus, & perfectus est secundum omnem rationem entis; Unde consequenter affirmant omnem amorem amicitie erga Deum habere idem motivum formale, ac proinde non distingui in nobis duplicem habitum charitatis, seu amicitie erga Deum; alterum supernaturalem, & infusum, alterum naturalem, & acquisitum; sed unum, eundemque habitum supernaturalem infusum inclinare nos ad diligendum Deum, ut finem, & auctorem bonorum naturalium, & ut finem, & auctorem bonorum supernaturalium; ita Valp. par. 2. disp. 195. c. 2. & 3. Coninch. disp. 21. dub. 2. pro qua citant Scotum 3. disp. 17. qu. un. & contra primam viam, & 5 quantum ad ipsum articulum, & probabile iudicat Arriaga disp. 3. 1. sect. 2. & 3.

519 Dicendum Primò Deum non esse solum obiectum charitatis, quatenus est auctor bonorum supernaturalium, & ita Scotus loc. cit. quod sic probatur, quia Deus ex virtute charitatis ita amandus est, quod adhuc amaretur, etiam si nunquam velle esse causa æternæ beatitudinis, aliorumque donorum supernaturalium; & Sancti ita eum amant ex vera charitate, ut etiam si scirent, nec se, nec ullos alios unquam ad itatum aliquid supernaturalem elevandos esse, adhuc vellent eum maxime amare; & ratio est, quia Deus non solum est amore dignus, & charitate amandus, quia est auctor istorum bonorum, sed etiam ab his abstrahendo, unde si per impossibile hic hæc bona aliunde haberemus, & non ab ipso, adhuc esset verè propter suam bonitatem amabilis, & charitas sub hac ratione proprie in eum tendit, quatenus in se præcisè bonus est, quam rationem latè prosequor superius in hac disp. qu. 7. n. 214. Confirmatur, quia, ut ibi dicebamus ex Scoto nunc citato 5. contra primam viam Thomistæ statuentes Deum charitatis obiectum præcisè, ut auctorem bonorum supernaturalium videntur facere charitatem amorem concupiscentiæ; quamvis enim hæc consideratio, qua Deus diligimus, ut productivum in nobis eorum bonorum supernaturalium, scilicet, visionis beatæ, gratiæ habitualis &c. possit in nobis amorem concupiscentiæ excitare; tamen imperitens est ad excitandum amorem amicitie, qualis esse debet charitatis amor, quia Deus amatur propter se, & quia in se bonus est, quia ratione omnino abstrahit ab eo, quod est auctor rerum naturalium, aut supernaturalium, nam qua talis, potius est bonus nobis, quam in se.

Arriaga loc. cit. estis nobiscum conclusionem tenent, hæc tamen Scotiam rationem imbecillam putat, aliud enim est, inquit, amare in Deo prædicatum illud benefactivi; aliud amare illud, quatenus nobis bonum est; nam cum hoc ipsum, quod est Deum posse nobis benefacere, sit in ipso Deo maxime pul-

pulchritudo, & maxima perfectio ipsium reddens summè amabilem, fieri oportimè deest, ut Deus ametur ob eam perfectionem, seu ob eam liberalitatem, non quatenus ea nobis est bona, sed quatenus Deo est summè honesta, & pulchra, & consequenter ut ametur amore verè, & proprio amicitie, sed amore in ipso consistente; Sicut inter homines possum alterum ob liberalitatem amare, non quatenus illa liberalitas mihi potest esse utilis, sed quatenus illa est magna perfectio eius hominis; ergo ex hoc capi-tate bene potest assignari, ut motivum charitatis supernaturalis Deus quatenus est auctor supernaturalis.

520 Sed quævis hæc sit bona doctrina vix tamen argumenti non tollit, quod præsertim probare intendit, Deum non esse charitatis obiectum ex præcisè ratione, quatenus est Auctor bonorum supernaturalium, quia Deus non solum est bonus, & amare dignus, ac charitate amandus, quia est Auctor istorum bonorum; sed etiam ab his abstrahendo, quia in se bonus est; unde si per impossibile hæc non ab eo, sed aliunde haberemus, adhuc esset verè propter suam bonitatem, & alias perfectiones amabilis, & charitas sub hac ratione, quatenus præcisè in se bonus est, proprie in eum tendit, sive illius sit bonitatis, sit communicativus ad extra, sive non. Confirmatur, quia infinita Dei perfectio, & pulchritudo non solum replendet in potentia producendi gratiam, & alia dona supernaturalia, sed etiam in aliis divinis attributis, alioquin valde diminuta esset charitas nostra, siquidem non posset allici ab infinita sapientia, æternitate, iustitia, immanentia, & aliis divinis perfectionibus ad ipsum amandum, sed solum à potentia, quam habet ad producendam gratiam, & alia dona supernaturalia; hoc autem totum sequeretur, si poneretur obiectum charitatis sub ea præcisè ratione, quatenus est auctor, & principium bonorum supernaturalium; Quævis ergo prædicatum illud benefactivi in Deo, possit excitare non tantum amorem concupiscentiæ, sed etiam amicitie, ut inquit Arriaga, adhuc tamen nequit esse ratio præcisè, quia Deus constituitur obiectum formale charitatis, cum Deus secundum alias quoque perfectiones sit amore amicitie amabilis ex virtute charitatis.

521 Denique probatur ex destructione fundamenti prioris sententiæ, quia ut latè supra ostensum est 2. 7. huius disp. agendo de distinctione actus naturalis, & supernaturalis, non est necesse eos distingere ex parte obiecti formalis, cum aliunde sufficienter distingui possint, ut ibi ostendimus, quia ratione inquit Doctor dist. 27. 9. un. art. 2. quod dilectio, qua Deus propter se diligitur, sive sit naturalis, sive supernaturalis habet idem obiectum formale, scilicet, bonitatem Dei quia in se bonus est, quæ est eadem, sive quis diligit Deum amore naturali, sive supernaturali, unde deducit, utrumque actum posse habere idem formale obiectum; quod planè evidenti ratione ostenditur, nam ut arguit Coninch. cit. ita aliquid audiret Deum esse in se tam bonum, ut homini statueret dare vitam æternam, idque fide naturali crederet etiam non haberet charitatem supernaturalem, possit sine dubio amore naturali ita Deum amare, sicut potest amare aliquem hominem bonum, & munificum, aut etiam ipsum Deum, quæ auctorem rerum naturalium; ergo Deus illo modo consideratus, ut nempe auctor bonorum supernaturalium potest esse obiectum amoris naturalis; & consequenter nulla est ratio, cur ex eo capiat à primâ opinione assignato distinguamus amorem Dei naturalem à supernaturali; sic etiam Bassol. 3. disp. 28. quæst. un. art. 1.

522 Hoc tamen non est ita intelligendum, quasi per id negare velimus distinguere in nobis duplicem habitum charitatis, alterum supernaturalem, & infusum, alterum naturalem, & acquisitum, ut quidam Auctores secunde sententiæ sentire videntur ultra namque cum Scotio, & communis sententiæ utrumque habitum admittimus, scilicet, charitatem infusam; & acquisitam, quarum prima est principium duntaxat actus supernaturalis, & altera actus naturalis; sed solum asserere volumus, quod charitas infusæ, & acquisita non ita distinguuntur per ordinem ad obiectum sive motivum, sive terminativum quod, aut quo, ut ex diversitate aliqua, quam habeant eorum obiecta, possit aliquid cognoscere, quod sint diversæ speciei; aut quod actus unius sit naturalis, & alterius supernaturalis; quia utraque potest tendere in idem obiectum, & sub eadem potest dari one formali; si enim charitas acquisita non possit tendere in illud idem obiectum motivum, & terminativum, in quod tendit infusæ, possit quæ cognoscere se habere charitatem supernaturalem, & gratiam sanctificantem, & consequenter se esse in statu gratiæ, quod est fallum, ut latè prosequor quæst. 7. cit. numer. 216. Et licet Scot. loc. cit. neget Deum consideratum, ut principium communicationis bonorum naturalium per creationem, & ut principium communicationis donorum supernaturalium per beatificationem, pertinere ad distinctos habitus; asseratque unum, & eundem charitatis habitum ferri in Deum secundum se, tanquam in rationem ob-

jectivam, & in eundem, ut principium communicationis bonorum naturalium, & supernaturalium, tanquam in rationem allectivam, quæ nata est allicere voluntatem ad amandum; si non ob id tamen negare voluit duplicem habitum charitatis, seu amicitie in Deum, alterum supernaturalem, & infusum; alterum naturalem, & acquisitum; sed solum dixit hos habitus, sicut nec eorum actus distinguuntur ex parte obiecti, licet distinguantur, ac debeant ex aliis capitibus, ut 2. 7. cit. declaratur est.

523 Nec etiam per hoc præteridim negare distinctionem duplicis amoris amicitie erga Deum finem naturalem, & supernaturalem, & asserere omnem amorem amicitie erga Deum esse supernaturalem, ut videtur voluisse Valquez loc. cit. c. 2. & 3. ubique enim admittit Doctor huius duplicis amoris distinctionem naturalem, & supernaturalem, præsertim verò dist. 17. 9. 1. & quod. 17. art. 3. licet asserat quoad substantiam esse eundem omnino rationis, & solum distingere quoad modum in sensu superius explicato 2. 6. & 7. huius disp. omnino amore naturali in substantia, ut expressè hic docet Doctor 3. disp. 27. cum enim possit cognoscere naturaliter five cogitatione scientiæ, sive fide humana, & opinionis Deum esse super omnia diligendum, & actus amoris naturalis sit liber, nihil profus obicit, qui talem amorem erga Deum physice elicere possit qui enim talem cogitationem habet de Deo, habet omnia principia physica, quibus produci possit talis amor. Tum quia si non possit hoc amor naturalis Deum amare super omnia sequitur absurdum toties inculcatum, quod possit quis cognoscere abique revelatione se esse in statu gratiæ; potest enim quis in se interdum experiri actum amoris Dei super omnia, quando illum eliciscendo sine nequitiam cum sic amare amore naturali, poterit eo ipso concludere, quod amet amore supernaturali, cumque talis amor supernaturalis sit semper cum iustificatione coniunctus, poterit hinc evidenter deducere se esse iustificatum. Denique hæc charitatem, & amorem naturalem in homine erga Deum expressè docuerunt Patres, nam Dionysius cap. 4. de divinis nominibus inquit divinum bonum esse omnibus amabile, & diligibile, & Basilus in regulari interrogatione secunda docet, sicut est institum diligere parentes, ita charitatem in Deum esse institum, & naturalem quoddam rationis vim.

524 Dico, Scripturam, & Concilia non nisi de amore supernaturali erga Deum mentionem facere, jam Deur. 6. traditur præceptum diligendi Deum ex toto corde, & ex tota anima, & A-rificanum can. 24. docet profus donum Dei esse diligere Deum, quæ sunt ipsissima Aug. verba tract. 3. in Jo. si autem præter amorem Dei supernaturalem, daretur quoque alter naturalis, insufficienter nos ad salutem intraxissent. Conf. quia talis amor naturalis possit etiam elici ab aliquo existente in peccato, mortali, quo casu esset simul averfus à Deo per maculam peccati, quia peccatum avertit à Deo, & simul ad eum conversus, tanquam ad amicum quia amor amicitie naturalis convertit creaturam ad Deum, ut ad amicum; implicat autem, ut sine fide conversus ad Deum, tanquam ad amicum, & simul ab eo averfus, & inimicus, Denique nulla est Dei dilectio, ad quam non sit necessaria gratia; ergo nulla est Dei dilectio, quæ non sit supernaturalis, idem enim ad aliquam actionem necessaria est gratia, quia est supernaturalis, & superans naturæ vires.

525 Resp. negando assumptum, etenim dum Concilia, & Patres nos ad amorem hortantur, qui sine fide oportet ad salutem, non obicitur per eam particulam hinc duplicem amorem naturalem, scilicet, & supernaturalem indicantur, qui procedens ex inspiratione, & adiutorio Spiritus sancti, ut Concilia loquuntur, solus est sicut oportet ad salutem; Et quando etiam non nisi de amore supernaturali verba fecissent, ad eundem modum, ea nos sufficienter non instruxissent ad salutem; ad hoc enim sufficit, ut mentionem tantum fecerint de amore supernaturali, qui solus sufficit ad salutem. Ad Confirmationem licet implicet, aliquid esse simul averfum à Deo, & ad ipsum conversum eodem genere averfionis, & conversionis, scilicet, naturalis, vel supernaturalis; minime tamen repugnat, ut sit conversus naturaliter, & averfus supernaturaliter; in proposito autem peccatum avertit hominem à Deo, tanquam à fine supernaturali, & naturalis amor amicitie convertit hominem ad Deum in genere duntaxat conversionis; & amicitie naturalis tanquam ad finem naturalem, & idè nulla sequitur contradictio; Ad ultimum negatur assumptum, nam iuxta communem Doctorum sententiam, ut dicitur in tractatu de Gratia, dari potest in homine aliqua dilectio Dei naturalis propter se sine ullo gratiæ supernaturalis auxilio, quando scilicet, nulla occurrit difficultas superanda huic dilectioni contraria; siquidem quando huiusmodi difficultates occurrunt, gratia est necessaria etiam ad huiusmodi naturalem Dei dilectionem, ut auctoris naturæ: quia nisi tali gratiæ auxilio natura fulciretur, huiusmodi difficultatibus natura utique succum.

eumbeere. Hinc oppositè dixi supra nihil impedire, quin possit homo physice Deum amare super omnia, quia aliqua difficultas possit hoc impedire moraliter, nimirum naturalis propensio hominis ad se amandum, & bona delectabilia, unde oritur seipsum, ut ob has difficultates non amet Deum super omnia, ut contrarie, quoties moraliter peccat. Undè absolute dicendum non est, posse hominem sine gratia Deum diligere super omnia amore naturali, etiamsi possit eum aliquando sic diligere ex viribus solis nature, illa enim particula *super omnia* significaret hominem sine gratia posse Deum diligere, etiam super illa objecta, quæ difficultatem in operando habent.

526 Dicendum secundò, obiectum formale charitatis esse bonitatem Dei, quæ in se infinitè bonus, & perfectus est secundum omnem entis rationem. Ità Scotus loc. cit. quod, probat quia cum charitas sit amor amicitie, per eam volumus Deo bonum, quia ipsi bonum est; ipse verò propriè, & maxime sibi bonus est non quatenus est nostra beatitudo, ac nobis auctor bonorum supernaturalium, sed quatenus est sua beatitudo, & in se infinitè perfectus, ergo est obiectum formale charitatis sub hac ratione præcisè. Conf., quia charitas Deum attingit, quatenus maxime, & perfectissime bonus, cum sit inter virtutes theologicas omnium perfectissima: sed melior, & perfectior est in se consideratus, quam quatenus ad creaturas ordinem dicitur, ergo charitas sub ea ratione Deum attingit: Minor dicitur, quia si Deus consideretur in ordine ad creaturas, & ut nobis auctor bonorum sive naturalium, sive supernaturalium, semper finito modo se habet, siquidem effectus omnes ipsius, sive sint dona nature, sive gratiæ, semper sunt finiti, & limitati: in se verò spectatus est omnimode immensus in omni perfectione, & bonitate, ergo sub tali ratione præcisè obiectum formale charitatis status debet.

527 Adde tamen cum Doctore *disp. 27. cit. 5. quantum ad ipsum articulum* quod si loquamur de ratione formali obiecti charitatis non primò, nec principali, sed secundaria, & minus principali præcedente actum, & etiam habitum, quæ potest dici ratio allictriva secundum quam voluntas magis allictritur ad amandum: huiusmodi ratio potest dici omne id, in quo invenitur ratio amabilis, ut etiam hic notat Licherus, velut est creatio, conservatio, redemptio, glorificatio: huiusmodi enim rationes multum allictrunt nos ad Deum amandum, alioquin in casum laborum Patres induceret nos in amorem Dei ratio ne beneficiorum eius nobis præstatorum, atque ita Deus sub ratione formali, quæ creator, vel conservator, vel benefactor, est obiectum diligibile ex charitate, non quidem principale, & primarium, sed secundarium, & minus principale, quod apto exemplo explicat Doctor, amatur enim primò à nobis aliquis propter bonum honestum, secundò quia scitur redamans, illa redamatio in eo est specialis ratio amabilis allictrivæ ad amandum, & non alias, quam propter bonum honestum ita pariter in Deo non solum bonitas inchoata allictrivæ ad amandum ipsum, sed quod hæc bonitas nos amaverit se nobis communicando, hæc, inquam, ratio secundaria, & minus principaliter nos allictrivæ ad amandum: Et quatenus hæc actus regulariter fit à gratitudine imperatus, tamen elicivæ est à charitate, proximaque ratio obiecti in illa dilectione est bonitas Dei, cui tamen obsequium illud gratitudo imperat.

ARTICULUS SECVNDVS.

Soluntur Obiectiones.

528 In oppositum contra primam conclusionem obicitur: Primò fundamentum superius insinuatum ab initio primi articuli pro prima sententia, quod nisi divina bonitas consideretur secundum illum altiore gradum, quod pertinet ad ordinem rerum supernaturalium, sicut principium, & finis illarum, sed solum consideretur, ut Deus est auctor nature, esse potest solum obiectum dilectionis naturalis: ergo ut constituat integrum obiectum formale huius virtutis, asserendum est esse divinam bonitatem, quatenus pertinet ad ordinem supernaturalium rerum.

Conf., quoniam Deus diversam habet amabilitatem respectu nostri, prout est finis naturalis, ac prout est finis supernaturalis, non igitur sub eodem motivo, & ratione formali est obiectum amoris, & charitatis naturalis, & amoris, ac charitatis supernaturalis quæ est theologica virtus. Denique August. lib. 1. Soli loquor cap. 6. circa finem dicit, nos per charitatem desiderare Dei conspectum, ergo charitas fertur in Deum, quatenus est nostra beatitudo.

529 Respondeo negando assumptum, quia Deus etiam ut auctor bonorum naturalium, esse potest obiectum amoris, & charitatis supernaturalis: unde Sancti ex consideratione creaturarum sæpe in amorem Dei excitabantur inde concludentes, quam ipse in se bonus esset, pulcher, & amabilis, atque ita

non considerabant tunc eum, ut rerum supernaturalium auctorem, se tantum naturalium, & cum ex tali consideratione in ferventissimos amoris actus tunc prorumperent, incredibile est, ut inquit Coninch. disp. 5. dub. 3. elicuisse solum actus amoris naturalis, verum tamen est, quod eito ex consideratione talium donorum excitarentur ad considerationem bonitatis, & amabilitatis ipsius, amor tamen charitatis in eum ferabatur sine respectu ad dicta, purè ad intrinsecam ipsos bonitatem, quæ sola propriè est obiectum illius, quia ut supra dictum est, Deus non solum est bonus, & omni amore dignus, quia nobis est auctor bonorum naturalium, ac etiam supernaturalium, sed etiam ab his abstrahendo. Ad Confirmationem negatur assumptum, quando enim frequenter dici solet per amorem naturalem diligere Deum, ut finem naturalem, & auctorem nature; per supernaturalem verò, ut finem supernaturalium, & auctorem beatitudinis: hoc quidem nequit intelligi formaliter, quasi illi respectus auctoris nature, aut beatitudinis sine formale obiectum harum dilectionum, hoc enim impossibile est, tunc quia respectus illi sunt rationis; tunc quia amoris illi pertinent, non ad benevolentiam, & amicitiam erga Deum, sed amorem concupiscentiæ, ut ait Doctor loc. cit. illud ergo intelligendum est fundamentaliter, hoc est divinam bonitatem, ut est principium bonorum naturalium, esse obiectum amoris naturalis, & ut est principium bonorum supernaturalium, esse formale obiectum amoris supernaturalis: quare cum eadem sit bonitas, quæ est principium horum, & illorum, sequitur à primo ad ultimum idem esse formale obiectum huius, & illius amoris, scilicet, bonitatem Dei, quia in se bonus est, quæ sub hoc, vel illo respectu semper una, & eadem est: Quod verò dici solet virtutem supernaturalem respicere obiectum sub ratione supernaturalis, & naturalem sub ratione naturalis, quomodo fit intelligendum iam explicatum est *g. 7. huius disp. num. 225.* Ad ultimum D. Augustini non intendit nos amare Dei conspectum virtutis charitatis, quatenus per eum beamur, sed quatenus per eum Deum nobis presentem scimus inquirere, & sic cum perfectius amamus, illique totaliter coniungimur amore beatifico.

530 Deinde arguitur contra secundam conclusionem, quod non exactè explicet rationem formalem obiectivam charitatis, quia Deus non solum amabilis est, ex charitate, quia bonus est, sed quia sapiens, iustus, misericors &c. Ict ergo bonitatem Dei omnem admittamus esse obiectum charitatis, cum tamen in Deo variaz reperiantur bonitates, & perfectiones formaliter, vel saltem ratione nostra distinctæ, explicandum adhuc remanet, an omnes illæ simul, an quilibet singularum sumpta, vel demum aliquod tantum in particulari: & quæ illa sit eius virtutis obiectum. Non sufficit ergo solum Dei bonitatem in se, & propter se consideratam assignare huius virtutis obiectum, quia hæc est eius respectu huius, & illius bonitatis, misericordie, clementiæ, sapientiæ, &c. atque ita charitas attingens eas diversas rationes bonitatis habebit plura obiecta formalia specie diversa, & consequenter non erit una specie infima virtutis.

531 Circa hæc difficultatem ratione modo dicendi, ut refert Arriaga cit. Aliqui negant quodlibet attributum seorsim acceptum esse charitatis obiectum, nam unus idemque habitus non potest habere pro obiecto formali multas rationes partiales specie diversas, habere autem, si unus actus talis habitus posset amare iustitiam Dei, quæ talis, alter vero sapientiam, tertius misericordiam &c. Conf. quia amor misericordie, quæ talis, diversus est ab amore iustitiæ, quæ talis, ad unum habitum non habet actus specie diversos, ergo non potest esse respiciere eas diversas bonitates, quæ tales, quare ad evitandum hoc inconveniens hæc sententia dicit omnia attributa divina simul sumpta, & ut constituant unam integram pulchritudinem esse obiectum formale charitatis divinæ, ita rem explicare videtur Suarez *disp. 2. l. c. 2.*

532 Alii verò contra dicunt obiectum formale charitatis esse quantumcunque Dei intrinsecam perfectionem etiam singillatim sumptam, secundum quam concipitur quando amatur, & propter quam amatur, licet ipsamet ratio Deitatis illas omnes sibi identificans sit obiectum formale principalis; quare si Deus concipitur, ut summè bonus, tunc summa bonitas erit obiectum formale motivum, & terminativum amoris: si verò concipitur, ut summè sapiens, & propter eum amatur, tunc sapientia erit obiectum formale amoris, & idem de cæteris perfectionibus dicendum est, quod quilibet amari possit ex charitate seorsim sumpta certissimum enim est posse Deum ob insinuatam eius facultatem amari, nihil tunc cogitando de eius omnipotentia, alius prædicatis, & attributis; & talis amor utique theologicus erit, habet enim pro obiecto formali aliquod divinum; non est autem amor ipse, quia non est concupiscentiæ, quia non fertur tunc in Dei facultatem, ut mihi bonam, sed ut in sepelebamur, ergo erit amor charitatis: possunt ergo singule divinæ perfectiones seorsim sum-

sumptè amorem charitatis terminare per modum obiecti formalis: consequentia patet, quia per obiectum formale nil aliud intelligitur, quam ratio obiectivè proposita, quæ movet ad actum, & quæ terminat actum; sed quæcumque perfectio Dei intrinsecæ, secundum quam concipitur, quando amatur, & propter quam amatur, est talis; ergo &c. Ad rationem vero prioris modo dicitur posse unum habitum præferri supernaturalem habere actus distinctæ speciei, & diversa obiecta formalia respicientes, quod dicunt patere ex diversitate speciei actus fidei, & spei, ac etiam de ipsa charitate, nam amor proximi propter Deum est diversæ speciei ab amore, quæ amarur ipse Deus propter se, & provenit à charitate; amor etiam Dei est diversæ speciei à dolore, quo quis ex charitate dolet de peccatis, quibus offendit Deum; & hunc dicendi modum sequitur Poncius *disp. 32. g. 1.*

533 Ut autem ex his seligamus, quæ veriora, & Scoti doctrina magis conformia videntur, puro in primis obiectum formale charitatis quamlibet divinam perfectionem statui posse etiam seorsim sumptam ob rationes allatas: Deinde ipsamet rationem Deitatis esse obiectum formale principalis, ita enim expresse docet Doctor cit. *5. quantum ad ipsum articulum*, quia ipsa Deitas est obiectum formale perfectissimi amoris, qui possit circa Deum haberi, talis enim est amor beatificus, qui terminatur ad Deum sub ratione Deitatis clarè, & distinctè; & in hoc conveniunt eodem præcedenti modo dicendi: Adhuc tamen non approbo, quod amores Dei sint specie distincti iuxta distinctionem perfectionum, quæ ad illos movent, & ad quos amores terminantur; ratio est, quia eito perfectiones illæ sint inter se specie distinctæ, & videntur esse distincta obiecta formalia, in quæ charitas tendit, & considerentur secundum particularitates earum rationes, quia tamen omnes, & fingunt movere ad actus convenientes in aliquo ratione, & ratio non reperitur in actibus ab aliis virtutibus provenientibus, quatenus, scilicet, omnes, & singule voluntatem trahunt amantem ex charitate ad actus amoris Dei, propter se, quæ ratio non reperitur in actu alterius virtutis à charitate distinctæ; hæc, inquam, ratione amores illi dici possunt omnes, & singuli esse eisdem speciei. Quare scire inquit Doctor *3. disp. 23. qu. 105. secundò de fide insinua*, habitum fidei esse unum specie in omnibus, cum eodem in omnibus nitantur motivo formali, & ait non obfarcere credibilem varietatem, nam hæc non specificant fidem, nisi ut stant sub auctoritate divina tanquam sub ratione formali, quæ est una in omnibus, quia fides non respicit credibilia sub propriis rationibus illorum, sed ut revelata sunt à Deo; & idè una fides potest esse de omnibus credibilibus quamvis geometricis, & physicalis, & quantumcunque diversis, & alterius rationis introducerentur, tanquam credibilia, siquidem in omnibus esset una ratio credendi esse vera, quia nimirum sunt à Deo revelata; Hæc, inquam, eadem ratione omnes illi amores divinarum perfectionum ex charitate provenientes erunt inter se eisdem speciei, quantumcunque amabilia illa sint specie diversa, quia omnia illa conveniunt in eadem ratione amabilitatis, quatenus omnes trahunt ad actus amoris Dei propter se, quæ est ratio specificè constitutiva charitatis, illamque distinguunt à qualibet alia virtute; quæ etiam ratione fortè quis diceret amorem proximi propter Deum esse eisdem speciei cum amore, quo ipse Deus amatur, ac etiam dolorem, quo quis ex charitate dolet de offensa Dei, siquidem specificatio actuum ab obiecto formali, & principali desumi debet, qualis est in proposito amabilitatis Dei, vel suarum perfectionum propter se. Et quatenus non abnuam habitum supernaturalem habere posse actus specie diversos, & plura obiecta partialia respicere specie diversa, ut potè qui non acquiritur per actus; quia tamen in præsentia difficultate nulla urget necessitas id asserendi, hæc responsio ad ejus solutionem mihi sufficere videtur.

534 Urgebis adhuc cum Arriaga loc. cit. si iustitia, v. g. divina, & idem est de aliis attributis, non est obiectum formale principale, sed ipsa Deitas, ergo si quis amaret Deum ob iustitiam tanquam ob rationem formalem, intus offensa Dei, idè illi placere, quia est iusta, & non præcisè quia est in se: iam illè actus non erit charitatis, sed alterius virtutis, quia non respiciet tunc, nisi perfectionem attributorum; hoc autem est absurdum; ergo &c.

Respondeo negando consequentiam, nam etiam in eo casu amatur essentia Dei, ideoque actus ille est charitatis, & Deitatis est principale obiectum; ratio est quia dum mihi placeat in Deo perfectio iustitiæ, & complacet in Deo pulchritudinem iustitiæ, hoc idè est quia iustitia Dei, est summa, & infinita, quamvis amari sit talis formaliter in se, etiam ut ratione distinctiugatur ab essentia; adhuc tamen id habet ab essentia radicaliter, unde est motivum talis amoris, ut est perfectio Dei reduplicativè, atque idè adhuc in tali casu etiam divina essentia est obiectum formale principale, unde fallium est, quod inquit Arriaga quod eito in tali casu ametur Deus, motivum tamen non est ei-

sentia, sed perfectio iustitiæ, quia ad talem amorem non movet perfectio iustitiæ, ut sic præcisè, sed ut perfectio summa, & infinita, quo pacto est perfectio Dei, ut Dei, ideoque divina essentia semper est principale motivum, nam illa perfectio me movet, quatenus eius perfectio.

535 Quæres pro complemento hujus questionis, an charitas sit propriè hominis amicitia erga Deum, si cum talis non esset, iam Deitas obiectum formale, & principale charitatis esse non posset, ut iam statutum est; Ratio autem dubitandi, quod talis non sit, est, quia amicitia non reperitur propriè, nisi inter æquales, imò secundum Arist. 8. Et hic. *cap. 5. & 6.* ipsa amicitia est quedam æqualitas; sed inter Deum, & nos nulla est profusus ratio æqualitatis; ergo nulla est ratio amicitie. Deinde, quia amicitia consistit in quadam redamazione, & mutua benevolentia, per quam amici mutuo se diligant propter se, & non propter proprium commodum diligentis; sed hæc mutua benevolentia esse non potest inter homines, & Deum, quia homines Deum diligere possunt propter incretam bonitatem, quæ in se bonus est; Deus autem non potest homines diligere propter creatam bonitatem, quæ in se boni sunt, sed omnia diligit propter seipsum; ergo inter homines, & Deum nequit esse mutua illa benevolentia, quæ est de ratione perfectæ amicitie. Tandem ad amicitiam necessaria est communicatio bonorum; à nos nihil habemus, quod Deo communicare possimus, nec Deus bonorum nostrorum eget; ergo, &c.

536 Nihilominus vera, & communis Theologorum sententia est inter homines iustos, & Deum esse veram amicitiam, eamque possit esse ex parte hominis in virtute charitatis, per quam diligunt Deum propter seipsum, ita iam dederimus *virtutibus lib. 4. disp. 7.* de iustificatione n. 238. Et 239. ex Scoto 3. *disp. 27. quæst. 1. ad 1. principale*, ubi docet charitatem esse propriè, & non metaphoricè tantum amicitiam hominis erga Deum; ita præcisè colligitur ex Scripturis lo. 15. *vos amici mei estis, si feceritis, quia præcipio vobis, & iam non dicam vos servos, sed amicos, vos autem dicitis amicos, quia servos nescitis, quid faciat Dominus eius.* Quibus verbis planè significatur non solum esse hominis ad Deum metaphoricè, & improprie amicitiam, quæ per servitium, & obedientiam erga Deum significari potest, sed etiam esse altiore aliam amicitiam, quæ super servitium, & obedientiam sit: quamvis enim homines natura sint servi Dei, gratia tamen facti amici. Pro quo notandum est ex Arist. *ethic. 8. ethic. c. 10. & 11.* quod amicitia honesta, de qua sola hic agimus potest esse duplex: Una æqualitatis, quæ solum est inter æquales, sed inter homines æqualis conditionis; altera excellentiæ, quæ est inter eos qui quidem habent communicationem, & convenientiam inter ordine ad unum finem honestum, sed tamen constituti sunt in diverso gradu, ac dignitate, & unusquisque alteri id tribuit amoris, honoris, ac beneficii, quod illi pro suo gradu, ac dignitate tribuendum est, & talis amicitia versatur inter Patrem, & Filios, inter Principem, & Subditos, virum, & uxorem, & in hoc genere amicitie non requiritur æqualitas simpliciter, quæ dicitur arithmetica, sed proportionis, quæ dicitur geometrica: non enim eadem officia in utroque ad alterum postulant: sed quod talem te præbeas, Patet ergo filios, qualem docet, & similiter in aliis, & hujus generis amicitia est hominis erga Deum, inter quos licet non sit æqualitas simpliciter, & arithmetica, est tamen proportionis, & geometrica: quatenus enim æqualitas nulla reperitur inter nudam naturam hominis, & naturam divinam, reperitur tamen inter homines per gratiam elevatos ad ordinem divinum, quia ratione iam sunt divinæ nature consortes, & participes eisdem status, sive conditionis, & beatitudinis: Et quidem hoc secundum amicitie genus, quod dicitur excellentiæ, etiam Arist. ipse agnovit inter homines, & Deum *loc. cit. cap. 10.* cum inquit *Filiorum ad parentes a. & hominum ad Deum esse amicitiam, sicut ad aliquod excellentior, & lib. 10. cap. 8.* concludit *Sapientia æquior sapientia extenditur ad usum honestam, esse Dicit amicitiam.*

537 Ratio autem, cur hoc quoque secundum amicitie genus, quod dicitur excellentiæ, dici debeat amicitia verè, & propriè, & non metaphoricè, ac improprie, innuitur à Scoto *disp. 27. cit. ad primum principale*, quia nimirum illa excellentia non tollit quod est perfectionis in obiecto, sed præcisè, quod est imperfectionis: honestas quippe in diligibili, & redamatio in dilecto sunt conditiones per se, sed æqualitas in illis est conditio concomitans; itaque duo sunt de ratione amicitie proprie sumptæ, primum est honestas in diligibili, idè, quod ametur benevolentia, non amore concupiscentiæ, quo nimirum amore dilectio volumus bonum, & non diligimus ipsum ob solum utilitatem nostram, vel voluptatem, quæ est ipso capitur à altero, quod est de ratione amicitie, est redamatio, ut, scilicet, amicus amico vicem rependat: eum redamando, æqualitas verò personarum status, dignitates, aut nature non est de ratione amicitie, sed tantum quid concomitans: Deus autem habet



perfectioris, & gradus, sed dari potest una perfectior alia nam...

550 Rursus, cum hac dilectio Dei appetitiva super omnia sit...

551 Nihilominus puto ad communi non recedendum, & quod...

ARTICULUS SECUNDUS.

Soluntur Obiectiones.

552 IN Oportuit Primò obicitur Durandus 3. dist. 19. q. 7. ex...

super omnia intensivè, & extensivè unde non solum præcipit...

Respondetur ex illis testimoniis colligi tantum obligationem...

Secundo obicitur, quia vix potest intelligi, quomodo Deus...

Resp. non bene explicari per hunc discursum discrimen...

igitur argeri possint cause intensivæ, non autem causæ præc...

556 Tertiò obicitur, quia proximus non potest in se diligi...

Respondet negando consequentiam illam namque propositio...

556 Quartò obicitur, quia si Deus est simpliciter super omnia...

Respondetur negando consequentiam, ad probationem di...

dum esse super omnia simpliciter, quandoquidem vi huius præc...

Quintò tandem obicitur Faber loc. cit. quia multa sunt Scrip...

Respondet concedendo in quibusdam Scripturæ locis utique...

Quæritur an actus charitatis, seu dilectio Dei super omnia...

Postremò solet etiam disputari, an voluntas, quæ suis vir...

virtibus relictis nullam habet activitatem immediatam in actum supernaturalium charitatis, sed ei tota virtus agendi est principium supernaturalium sibi inhærens; ergo secluso hoc principio inhærenti, repugnat voluntatem nostram elicere actum voluntatis supernaturalis Minor probatur, quia voluntas est ordinis naturalis, actus vero supernaturalis; in potentia autem naturali, seu principio in hærenti supernaturali non est virtus, aut vis, ut ab illa oriatur actus supernaturalis; ergo implicat actum supernaturalem oriri à voluntate creata absque principio supernaturali inhærente.

563 Opposita sententia docet, divinam virtutem non implicare actum charitatis Theologicæ (se idem est de quolibet alio supernaturali) fieri à voluntate creata sine habitu, aut illi auxilio intrinseco per solam elevationem extrinsecam voluntatis per divinam omnipotentiam, quam sententiam docuit Scotus 3. dist. 14. q. 2. art. 4. loquens de conceptu luminis gloriæ ad visionem, & 4. dist. 49. q. 11. loquens universaliter de omnibus actibus supernaturalibus, & cum eo tenent medium Scotiz omnes, sed etiam universalia Scholæ Societatis JESU, quoniam nos quoque late propugnâvimus lib. 1. dist. 6. de Visione beata q. 5. ubi ostendimus falsitatem fundamenti contrarie sententia, quia voluntas creata habet immediatum influxum & activitatem in actum charitatis, sicut in alios actus supernaturalis; & quicumque habitus supernaturalis ad actum supernaturalem concierit solum, ut principium efficiendum, & in genere causæ efficientis, quicquid autem potest Deus per causam efficientem mediam, potest etiam immediate, & se solo, est enim commune Theologorum axioma, quod Deus potest supplere causam, cuiuslibet efficientis causæ creatæ, præsertim, quæ non sit potentia vitalis; ergo potest Deus efficere actum talis habitus, seu auxilii intrinsece inhærentis, ut per conceptum specialem extrinsecum; Maior in qua est, non difficultas, ostenditur ex vitalitate actus supernaturalis, & ratione voluntatis, & liberi, quia actus charitatis non solum est supernaturalis, sed etiam vitalis, voluntarius, & liber; ac prout principium immediatum illius debet esse non solum supernaturale, sed etiam vitale, & liberum, ac habitus supernaturalis, vel quodcumque auxilium intrinsece inhærens non est ex se principium vitale, & liberum, sed sola voluntas, quæ principium immediatum actus charitatis Theologicæ non solum est habitus supernaturalis, aut quædam intrinseca, sed etiam potentia vitalis, & libera Minor de se patet, & fuisse probatur disputat. 2. dist. 1. q. 5. ubi ad quem locum me remitto pro exacta huius difficultatis intelligentia.

QUESTIO VIGESIMASECUNDA.

An solus Deus sit ex charitate diligendus, vel etiam proximus, & quomodo.

563 Præter Deum etiam proximum ad obiectum charitatis spectare constat ex verbis Ioan. 4. si diligimus invicem charitati Dei in nobis perfecta est; hinc Scotus in 3. dist. 8. quæst. 1. in supponens proximum ex charitate diligendum obdivinum præceptum ex eodem lo. testimonio ibidem hoc mandatum habemus à Deo ut qui diligit Deum, diligit, & fratrem suum aliter hanc veritatem catholicam manifestare studens inquirat, an eodem habitu in iustis charitatis sit diligendus proximus, quo diligitur Deus; quæ difficultas sub aliis verbis Recentioribus proponi solet; An idem sit motum charitatis Dei, & proximi. In qua questione prima sententia negat, docetque motum charitatis Dei, sed qua diligitur Deus esse ipsam incretam bonitatem Dei; motum vero charitatis, quo proximus amore amicitie diligitur, esse bonitatem ipsam supernaturalem creatam proximi; Dubius enim modis, inquit, potest proximus honeste diligi, primo propter solam Dei bonitatem, id est, ex desiderio divini boni, quia bonum collatum in proximum quodammodo est bonum Dei ex verbis Christi Matth. 23. quod uni ex minimis meis servierit, michi servierit, atque hæc dilectio manifestè pertinet ad theologiam virtutem Charitatis. Alio modo potest diligi proximus vel propter naturam, quam habet nostra similes, vel propter motum sanctitatem, in qua dilectione quoniam formale obiectum longè differt à formali obiecto charitatis, afferit illam non esse actum elicium theologice virtutis, sed alterius inferioris. Ita Vasquez, Turrianus, Calpenius, Coninchius, Arriaga, & alii Recentiores prof. citantes D. Thomam, D. Bonaventuram, Ricardum, Durandum, & alios antiquiores.

564 Secunda sententia affirmat unum esse motum formale charitatis Dei, & proximi, scilicet, bonitatem incretam Dei unquam tantum habitum charitatis admittit, qui simul tenetur in Deum, & proximum, quam rationem terminantem versus actum, quæ est ipsa bonitas divina; ita Scotus 3. dist. 28. q. 2. ubi cum omnibus Scoticis, quam sententiam egregie iuxta

Scoti principia inter Ceteros Recentiores propugnat Amicus dist. 28. p. 3. ostendens esse D. Thomam, D. Bonaventuram, Durandum, & Ricardum, & citat. Valentium, Suarez, Maldicum Silvium, & alios Recentiores, quod etiam in presenti tenentur Lorca, & Lannerus.

ARTICULUS PRIMUS.

Dei dicitur Quæstio.

Dilectum est cum hac secunda sententia, unum esse obiectum formale, & principale charitatis, quæ Deus diligitur, & proximus, nempe bonitatem Dei incretam, quia in seipso bonus est, atque beatus; accipiendo bonitatem, non ut speciale Dei attributum à cæteris distinctum, sed plenitudo omnium perfectionum, in quo quovis modo in Deo existens; sed quatenus illum constituit in perfectissimo actu summe beatitudinis, ac felicitatis. Conclusio est Scoti hinc, quæ in primis fundatur in Patrum auctoritate, qui unicam tantum agnoscunt charitatem quæ ad Deum simul, & proximum se extendit, id deducetes ex testimonio Apostoli 1. ad Corinth. 13. ubi eodem modo loquitur de Charitate, ac de Fide, & Spe, sed iam fides, quæ spes, est una virtus ab uno formali motivo specificata; ergo pariter una erit charitas ab uno etiam motivo formali incretam bonitatis specificata. Ita Augustinus lib. 4. de Trinit. cap. 8. asserens ex ipsa, eodemque charitate diligimus Deum, nos, & proximos nostros propter Deum; & sermo de Dominica post Ascensionem, non aliter charitas diligit proximum quam illa, quæ diligit Deum Gregorius homil. 47. in Evang. charitatem Dei, & proximi comparans radicem, quæ una una multas virtutes generat, sicut ex una radice multi arborisque amara Bernart. sermo de Cæca Domini ad finem Charitatis: ex dilectione Dei proximi. Beda explicans verba ad Roman. 5. Duo sunt præcepta charitatis; & quæ charitas ipsa non alia charitate Deo diligimus, & proximum, & sic ipsam loquuntur alii Patres non potest autem esse una charitas, quæ Deum diligimus, & proximum, nisi propter unum rationem formalem obiectum, cum unicus habitus, & virtus desinatur ex unitate obiecti formalis, hæc autem illa esse non potest, quam bonitas incretam.

566 Resp. Adversarij, si charitas posse proximum diligi uno modo propter Deum, quo pacto diligitur amore concupiscentiæ, quia sic amaret ex desiderio divini boni, quatenus bonum collatum in proximum quodammodo est bonum Dei, & hoc bonum amat proximum propter eandem bonitatem incretam Dei, & ex eadem complacentia diligitur proximum, ut bonum ipsius Dei, & in hoc sensu dicunt Patres, una & eadem charitate diligit Deum, & proximum, & hæc dilectionem agunt ad virtutem Theologicam charitatis pertinere. Alio modo potest diligi proximus amore amicitie, ex complacentia ipsius proximi, quo pacto ratio formalis diligendi proximum non potest esse bonitas incretam Dei, sed creata proximi, sed hæc dilectionem dicunt non esse actum Theologicæ virtutis, sed alterius inferioris, de qua Patres non loquuntur. Unde duplicem agnoscit prima sententia habitum iustitæ charitatis, unum Theologicum specificatum à bonitate incretam, quæ diligitur Deus propter se, & proximum propter Deum; de quo solo locuti sunt Patres; Alterum morale ad huc infusum, & supernaturalem, quo diligitur proximus propter ipsius bonitatem supernaturalem participatam.

567 Sed Contra, quia in primis hoc est facere Recentiores. oculariores Patribus, qui unicam tantum agnoscunt charitatem, quæ ad Deum simul, & proximum extenditur, & de hac sola perpetuo loquuntur, nec aliam virtutem Charitatis morale infusam unquam memoverunt, quæ diligitur proximus ob solam sui ipsius bonitatem supernaturalem participatam; imò disertè docuerunt non posse proximum vere diligi ex virtute charitatis sine Deo, unde Anselmus Rom. 13. explicans illa verba qui diligit proximum legem implevit ita loquitur non nec vere proximum sine Deo, nec vere Deum sine proximo potest diligere, quia nimirum hæc duo ita sunt in una ratione formali respectu unius, cuiusdemque charitatis habitus inter se connexus, ut unum sine altero esse nequeat; si vero per charitatem morale infusam, quam Adversarij assignant præter Theologicam, potest proximus amari ex sola complacentia sui, qui proximum hoc modo diligit legem non implevit, quia duo sunt præcepta charitatis diligendi, scilicet, Deum, & proximum. Præterea iuxta hæc doctrinam dilectio proximi nunquam pertinet ad Theologicam virtutem charitatis, nam dilectio proximi secundo modo, nempe ex sola complacentia sui, & propria bonitatis, iam non est actus virtutis Theologicæ, sed moralis infusæ, ut ipsi docent, quia motivum ipsius non est bonitas incretam Dei, sed creata proximi, & neque dilectio primo modo, quod ad nimirum diligitur proximum propter Deum, & ob eius incretam bonitatem non est, inquam hæc

hæc dilectio actus Theologicæ virtutis, quia hoc modo proximum non diligitur amore amicitie, sed solius concupiscentiæ, ut ipsi docent, quia diligitur ex desiderio divini boni, quatenus bonum collatum in proximum quodammodo est bonum Deo; ac amor charitatis est amor amicitie, ut omnes fatentur, quatenus ergo charitas diligit proximum, non ex complacentia ipsius, sed Dei, non erit amicitia proximi, sed Dei; ergo dilectio proximi, si ve primò, si ve secundo modo ad Theologicam charitatis virtutem nunquam spectabit.

568 Deinde probatur ratione Scoti, quod dilectio proximi, si ve primo, si ve secundo modo fiat ad virtutem Theologicam charitatis pertinere, & idem motivum formale, & specificatum habeat; quia idem obiectum specificat, actum directum, & reflexum, etiam ad directum in mediatè, & directè concurrat, ad reflexum vero mediatè solum, & indirectè, & ratio est, quia semper principale specificatum est id, quod principaliter intenditur, si ve directè, & immediate, si ve indirectè, & mediatè ad actum concurrat; Sed quod in actu charitatis erga proximum principaliter intenditur est bonitas incretam Dei, si ve primò, si ve secundum modo diligitur; ergo semper ab illa sumitur principalis, & ultima specificatio, ab illo enim actus principaliter specificatur, propter quod principaliter est, & principaliter intenditur; Maior patet, quia quod principaliter intenditur principaliter movet, & insit in ipsam speciem actus Minor in actu dilectionis proximi primo modo factus de se liquet, quia tunc quod unum movet ad talem actum, & sola bonitas Dei incretam de actu vero dilectionis secundo modo probatur, quia tunc licet charitas directè, & immediate moveat ad diligendum proximum propter intrinsecam ipsius bonitatem, non tamen movet propter illam absolute, sed respectivè, ut nimirum singularis est participatio bonitatis incretam, ergo etiam in illo secundo dilectionis modo, licet mediatè, & indirectè, si ve terminatè, & in obliquo moveat ad illum actum, bonitas ipsa incretam Dei, adhuc tamen principaliter movet, quatenus enim immediate, & directè moveat ipsa supernaturalis bonitas participata proximi, non tamen sine respectu ad bonitatem participatam Dei, eo quod non moveat ad amandum proximum, nisi ut peculiaris similitudo, & participatio bonitatis incretam. Ergo utriusque dilectionis formale, & ultimum obiectum specificatum est bonitas creata Dei, vel in recto, & immediatè, ut in primo dilectionis modo, vel in obliquo, & mediatè, ut in secundo; ac prout utraque dilectio obicit potest ab eodem habitu charitatis, ut concludit Doctor loc. cit.

569 Et hoc idem docet D. Bonaventura 3. distinct. 9. art. 6. quod ubi ubi scribit; Ad illud, quod obicitur, quod eadem charitate diliguntur omnia diligibilia, dicendum, quod hoc est, quia charitas habet unum obiectum principale, scilicet, summum bonum, quod quidem amat, si ve diligendo Deum in se, si ve operando bonum proximo. Unde falluntur Adversarij assignantes secundum modum dilectionis proximi, per quem diligitur ex sola complacentia sui, & propter eius bonitatem participatam abique ullo profus respectu ad bonitatem Dei incretam cuius est participatio, falluntur, inquam quia licet aliquo actu charitatis possit diligi Deus, quo non diligitur proximus; tamen nullo actu charitatis potest diligi proximus, quo non diligitur Deus; quia ut ait Anselmus loc. cit. vere proximum ex virtute charitatis diligitur non possumus sine quod expresse deducitur ex illis verbis ad Rom. 13. qui diligit proximum legem implevit, quæ verba non verificarentur; si ex charitate possemus aliquid modo proximum diligere sine Deo, quia duo sunt charitatis præcepta, diligi Deum, scilicet, Deum & proximum, quare si posset dari dilectio proximi ex charitate sine dilectione Dei, non eo ipso, quod proximum diligeretur, lex impleteretur, si quidem ex sola dilectione Dei non diligeretur, cum nullo modo esset obiectum illius. Confitemur Amico quia charitas est habitus perfectissimè dilectionis tendens in obiectum iuxta perfectionem, bonitatem & exigentiam obiecti diligibilis. Atqui nulla creatura est bona, nisi bonitate participata à bonitate incretam Dei; ergo nulla est ex charitate diligibilis; Atqui nulla creatura est bona, nisi bonitate participata à bonitate incretam Dei; ergo nulla est ex charitate diligibilis, nisi ultimatè propter incretam Dei bonitatem; unde charitas ipsa incretam Dei, cuius participatio est charitas creata nostra, nullam creaturam diligit, nisi ultimatè propter seipsum.

570 Ex his deducitur, ad eodem motivo specificari actum charitatis erga Deum, & erga proximum, ac prout unum esse habitum charitatis extendentem se ad Deum, & ad proximum quod probat Doctor, quia quorum dilectionem est unum obiectum per se primum, eorum est unus per se habitus, sed dilectionum ordinatarum ex charitate est unum obiectum per se primum, scilicet, Deus bonum commune, quod ordinate diligitur in se, & est bonum privatum proximi à nobis ultimare diligendum propter Deum, aliquo ordinate non amaretur

Mald. Tom. Tertius.

si amò dilectus in proximo; ergo eodè habitu diligitur Deus propter se, & proximum propter Deum. Confirma idem est habitus, sicut et idem motum principale, actus recti, & actus reflexi in idem motivum; sed actus rectus charitatis est diligere Deum propter se, actus reflexus est diligere proximum propter Deum, quia licet ratio directè, & immediate amandi proximum sit ipsa bonitas supernaturalis participata proximi, non tamen sine respectu ad bonitatem imparicipatam Deum; ergo ad mare Deum & amare proximum, ut diligit Deum, si ve mare proximo ipsum diligit erga Deum, spectant ad unum, & eandè habitum n. Undè Suarez dist. 1. lect. 3. licet oppositam sententiam non iudicet improbabilem, tamen verus center omnem modum dilectionis proximi ad unam virtutem Charitatis pertinere, quia in Sacra Scriptura, & Patribus inauditus est alius amor infusus Dei, & proximi, ut constat ex locis iam citatis.

571 Hic autem advertendum est cum Amico, quod quando hic asserimus, bonitatem supernaturalem proximi per habitum charitatis non diligi nisi per dependentiam à bonitate incretam Dei, cuius est participatio, sermo est de habitu charitatis, quem de facere Deus ultis infundit, & qui de facit datur, quoniam absolute loquendo fore non repugnat videri alterius habitus proximum diligi propter supernaturalem bonitatem in se participatam abique formali dependentia à bonitate incretam Dei; sicut Sancti honorantur cultu Dulz propter suam propriam sanctitatem, & excellentiam independentem à sanctitate Dei; tanquam à causa for maliter ministrata. Ratio autem, cur ita de facto res habeat, est, quia vi præsentis habitus, qui de facit datur, omnia dona supernaturalia, quæ amore charitatis proximo amamus, amamus in ordine ad supernaturalem beatitudinem, quæ expresse, & immediate ipsum Deum includit, ut obiectum beatificum; igitur charitas quæ de facto non solum inclinatur ad amandum proximo beatitudinem, ut bonum ipsius, sed etiam propter Deum, tanquam propter principale obiectum, terminatur ad Deum in ipsa beatitudine includam, non solum ut bonum proximi, sed etiam propter ipsum Deum. Quod autem implicitè terminatio principalis motivi sufficiat ad specificandum actum, probat idem Amicus cum Scoto dist. 28. ex natura actus reflexi, qui specificatur ab obiecto actus recti, ut in obliquo ad principale motivo, cum tamen illud non nisi implicitè terminatur ad actum reflexum, qui explicite tantum terminatur ad actum directum. Quoniam igitur absolute loquendo dari possit una virtus charitatis, quæ solum Deum amat propter se; altera vero, quæ solum proximum; habitus tamen charitatis, qui de facit datur, ad utriusque amorem inclinatur, adeo ut amor Dei, & proximi ad unum, & eandem virtutem pertineat, ita enim loquuntur Scriptura, & Patres loquentes de habitu charitatis, qui de facit datur, ut constat ex locis citatis.

572 Respondet tamen ad hoc Arriaga in Scriptura, & Patribus solum doceri; amorem Dei habere quasi connexum sibi amorem proximi, si ve proximus in amore sit obiectum formale, si ve materiale; de quo nec Scriptura, nec Patres ulla modo curant; dummodo ergo enim proximo bene faciat, ipsumque amem, licet habeam pro motivo solum Deum, Scriptura, & Patres erunt contentissimi, non aliquid aliud requirent; hic enim amor quoad effectum tantus est, quatenus si propter se amaretur proximus; quantum vero ad perfectionem entitativam nobilior multo est quam si proximus amaretur propter se, effectus que hic amor amicitie erga proximum. Verum, ut constat ex locis iam citatis, Scriptura, & Patres aliquid amplius pretendunt, non enim solum dicunt amorem Dei habere quasi connexum amorem proximi, sed utrunque amorem ex eadem radice, & motivo oriri, & ab eodem habitu produci, sic enim loquuntur expresse Augustinus, Gregorius, Beda, & alii; & Paulus ad Rom. 13. inquis quod qui diligit proximum legem implevit, at qui amaret proximum propter se solum absque ulteriori tendentia in Deum, ut in ultimum finem supernaturalem legem non implevit, quæ simul præcipit dilectionem Dei, & proximi.

573 Respondet prout secundo, quod licet de amore proximi propter ipsum sermo esset in his locis, non tamen inde inferri habitum inclinantem ad amorem Dei, & proximi esse unum indivisibilem, cum quia in Scriptura de habitibus parum docetur, tum quia in presenti materia solum denotatur connexio eorum amorum, & si vis, etiam habitum, hæc autè coniectio optime saluatur cum distinctione eorum inter se, nam habitus charitatis erga Deum nunquam est, nisi cum habitu supernaturalem infuso erga proximum, & e converso. Neque quia Scriptura dicit. Qui diligit Deum, diligit, & proximum licet inferre ab eodem modo habitu utrunque actum provenire nam eodem modo debere inferri, nullum alium habitum supernaturalem esse à charitate distinctum, nam qui diligit Deum castus est, iustus est, pius est, & est, ergo iuxta eum modum discurrentes omnes hos habitus ad solum unicum Charitatis deberemus sequere.